Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars II.
Wien, 1794 Seite 1291
Quelle:
Copyright:

tiam quoslibet infames magnificant et magnificos infamant. Sed quia non tam cognitores quam cogniti residente. sepe contingit ut rerum consequentibus cancellatis cuiuspiam bone fame aliquit illorum fauor detrahat et uituperatio addat. Quod nimirum adtendentes illorum maledicta de nostris moribus et precepta de rebus contempnimus. Nam neque mores nostros conuictu neque rerum proprietates disciplina nouerunt. Post haec, quae in Adversarios suos, antequam ad *Eugenium* III. et Concilium *Rhemense* traheretur, scripsisse videtur *Gilbertus*, Codex cum Edit. incidit.

II. *fol.* 26. Liber II. ad *Johannem* Diac. *Utrum Pater et Filius ac Spiritus sanctus de Diuinitate substantialiter praedicentur.* Initium Textus: *Quero an pater et filius et spiritus sanctus de diuinitate* &c. Commentarii: *Ex illius questionis qua simacho boecius scripserat inuestigacione* &c.

III. *fol.* 29. p. 2. Liber III. ad Eundem. *An omne, quod est, bonum sit.* Initium Textus: *Postulas ut ex ebdomadibus nostris. eius quoque questionis obscuritatem* &c. Commentarii: *Quod grece philosophia. latine amor sapientie dicitur* &c.

IV. *fol.* 41. Liber IV. ad Eundem. *De duabus Naturis et una persona Christi. Adversus Eutychen et Nestorium.* Initium Textus: *Anxie te quidem diuque sustinui* &c. Commentarii: *Non sum nescius Oratores ingeniis acutos* &c. Finis totius Operis: *atque omnium bonorum causa perscribit.* Commentarii: *incommutabili proposito sue uoluntatis perscribit.* Praeter superius adducta Codex noster non spernendas tam *Textus* quam *Expositionis* lectiones offert. Ita in Prologo L. I. *Quod raris id est vobis tantum colloquor*, pro *vobiscum colloquor.* In *Gilberti* Prooemio L. II. *quarundam proportionibus rationum* pro *propositionibus.* In initio Textus L. IV. *si situm sedentium recorderis* pro *si tum sedentium* &c. In *Gilberti* Prooemio: *contra nestorium episcopum et euticen archimandriten*, ubi Edita omittunt *Eutychen* &c. Ceterum haec sacra *Boethii* Opuscula sine acutissimi *Gilberti* Commentario etiam alias indicavimus.

CCCXXXII.

Codex chartaceus lat. Sec. 28
XVI. ineuntis Folior. 40. f. max. rudius picturatus continet *Georgii Benigni Contemplationes Vexilli Christianae Fidei*, seu *Victoriae*, revera Tractatum de mysterio Trinitatis et Incarnatione Verbi. *Fol.* 1. *pag. aversam* implent Insignia Caesarea. *Fol.* 2. sequitur epistola: *Georgius Benignus Artium et Theologie professor ac Presul Callienſis* (Cagli in Ducatu Urbinate) *observandissimo patri et domino, domino Mattheo* (Langio) *Episcopo Gurcensi viro in diuinis ac humanis literis erudito* &c. Scribendi Operis caussa: *me mouit maximi Maximiliani Cesaris nostri semper Augusti*